

**stipulari.** *uerb. tr., dep.* **FORMA** stipulare SYMM Epist 1.11.2. sponsionem meam stipulat adfectio. ISID Orig 10.258. stipulare enim promittere est, ex uerbis iurisperorum. **ETYM** *stipula* VARRO Ling 5.182. Id apparet, quod ut tum institutum etiam nunc diis cum thesauris asses dant stipem dicunt, et qui pecuniam alligat, stipulari et restipulari. PAUL FEST 379.5. Stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo, quod datur in stipendium militi, et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur. EUTYCH. *stipula stipulor stipularis. Varro et Paulus a stips prouere putabant.* **DLAT** stipulatio, stipulator, stipulatus, stipulus; adstipulari, adstipulator, adstipulatio, adstipulatus; instipulari; restipulari, restipulatio. [**FREQ** humilis 52 <sup>indicia</sup> 3,8 <sup>/d.c.m.</sup> 201 PLAUT] *uocabulum scriptis litterariis, praecipue exponendo, aptum, saepius prosa, omnibus usibus; et technicis ad iuris prudentiam pertinentibus apparet sine sensu proprio; inde ab initiis inuenitur, saec. I-II usitatius, postea declinans.*

| VARIATIO<br>OPERUM |              | indicia | p <sup>/d.c.m. subc.</sup> |
|--------------------|--------------|---------|----------------------------|
|                    | argumentalis | 5       | 1                          |
|                    | dramatica    | 3       | 6,9                        |
|                    | exponens     | 36      | 13                         |
|                    | narratiua    | 7       | 1,4                        |
| DIACHRONICA        | III-II aec.  | 3       | 7,5                        |
|                    | I aec.       | 8       | 2,9                        |
|                    | I-II ec.     | 39      | 10                         |
|                    | III-V ec.    | 2       | 0,4                        |
| DIAPHASICA         | docta        | 6       | 2,9                        |
|                    | media        | 43      | 3,8                        |
|                    | quotidiana   | 3       | 7,1                        |
| DIASTRATICA        | litteraria   | 47      | 5                          |
|                    | technica     | 5       | 2,1                        |
| MODUS              | prosa        | 48      | 4,8                        |
|                    | uersu        | 4       | 2,2                        |

¶ **a** *pecuniae contractum spondere per uerba factum* • *concertar un contrato verbal según ciertas condiciones, habitualmente en relación con el dinero, comprometerse formalmente, concertar, pactar o estipular de forma verbal* [**TROP** spondere **SIM** instipulari, pacisci<sup>b</sup> **DOM** *sine dolo* pure; *pactionis formulae particulatim expressae* nominatim] 201 PLAUT Cist 375. Me respondere postulas? iniurium est. stipulari semper me ultro oportet a uiris, eum quaestum facio, nil uiris promittere. 76 CIC Q. Rosc 14. Haec pecunia necesse est aut data aut expensa lata aut stipulata sit. 100-200 Ps QUINT Decl 12.25. solent enim negotiatores praeter haec aperta pretia priuatum aliquid ac proprium stipulari, utique cum alienam rem uendunt. 160 GAIUS 4.134. formulae de iure quaeritur, id est, cui dari oporteat; et sane domino dari oportet, quod seruus stipulatur. 210-213 TERT Anim 50.2. Hoc stipulata est dei uox, hoc spondit omne quod nascitur. PAUL FEST 297. cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur. **GLOSS** 5.41. stipulari ... promittere est ex uerbis iurisperorum.  
*et certe per uerba complebatur* • *que el contrato tenía carácter verbal es seguro* 160 GAIUS 3.105. Mutum neque stipulari neque promittere posse palam est. idem etiam in surdo receptum est; quia et is, qui stipulatur, uerba promittentis, et qui promittit, uerba stipulantis exaudire debet.

(<sup>¬</sup>stipulus) *legitimi usus origo a ritu impertiendae stipulae inter duas partes fortasse prouenerat, caulis sancti quod sagmen nominabatur* • *es posible que el origen de los usos legales, que harían provenir esta palabra ciertamente de stipula, se debieran a la costumbre de compartir las dos partes contratantes un tallo de hierba sagrado y denominado sagmen* 29-9 LIV 1.24.4. Fetialis regem Tullum ita rogauit: «Iubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani foedus ferire?» Iubente rege, «Sagmina» inquit «te, rex, posco.» Rex ait: «Pura tollito.» Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit. PAUL FEST 424.24. sagmina uocantur uerbenae, i. e. herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur a consule pratoreue, legatis proficiscentibus. ISID Orig 5.24.30. Dicta autem stipulatio ab stipula. ueteres enim, quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant [siue quod stipulum iuxta Paulum iuridicum firmum appellauerunt].

*huius contractus petitioni per spondere seu promittere respondebatur* • *a la proposición de realizar tal acuerdo, se contestaba con spondere o promittere* 160 GAIUS 3.112. si uerbi gratia ego ita stipulatus sim: dari spondes? ille sic adstipulari potest: idem fide tua promittis? uel: idem fide iubes?

de interrogare ambigitur, nullis indiciis praeter grammaticorum et glossarum apparentibus PAUL DOSITH Ars 98. ἐπερωτῶ stipulor. PRISC Inst 0275. frequentissime tamen stipulor abs te pro interrogo te dicimus ... inuenitur tamen etiam in passiuua significatione similiter dictum stipulor abs te pro interrogor abs te. Suetonius in IIII Praetorum: «minor uiginti quinque annorum stipulari non potest» passiuue dixit. **GLOSS** 2.306.49. ἐπερωτῶ consulto interrogo stipulo. 2.306.50. ἐπερωτῶμαι promitto spondeo stipulor. 5.579.44. stipulor abs te pro interrogo te.

**b** *promittendo confirmare* • *garantizar o asegurar* [**TROP** confirmare] 37 VARRO Rus 2.5.11. secuntur lanii, qui ad cultrum bouem emunt; qui ad altaria, hostiae sanitatem non solent stipulari. 375 SYMM Epist 1.11.2. Sponsionem meam stipulat adfectio.